

re respondere. Nam antiquitus constitutum erat, ut essent, qui iura publicè interpretarentur; quibus à Cæsare *a) idque primùm à Divo Augusto. l. 2. §. post hunc. 47. vers. & ut obiter. ff. de or. jur.* jus respondendi datū est, qui Iurisconsulti appellabantur, quorū omnium sententiæ & opiniones, eam auctoritatem tenebant, ut iudici, recedere à responsis eorum non liceret, ut est constitutum.

§. 9. Sine scripto jus venit, quod usus *a) seu consuetudo: quæ maxima pars est juris non scripti: & merito observatur in iis causis de quibus leges aliqua scriptæ vel non* adprobavit. Nam diurni mores consensu *extant, vel non in usu sunt. l. de quibus. 32. & seq. ff. de legib. Ceterum & pars magna juris non scripti, oritur ex auctoritate jus dicentium: l. non possunt. 12. & seq. d. t. itemque ex interpretatione prudentum. l. 2. his legibus. 5. ff. de or. jur. Quæ utraque uno verbo Aequitatis, (eius verò cum naturalis, tum civilis. l. 1. §. 1. ff. si is qui test. lib.)* *comprehendi potest.*

§. 10. Et non ineleganter in duas species *ius per ineligat a) scriptum scilicet, & non-scriptum. Quod autem hic sequitur, distributio nem istam esse juris Civilis: id secundum supra notata accipiendum erit, nō de jure civili solo: sed partim etiam de jure naturali & gentium: quippe quod ipsum, Ciceronis effato, civile, seu in Civitate usitatum esse debet.*

ius civile distributum esse videtur. Nam origo eius ab instituto duarum civitatum, Athenarum scilicet & Lacedæmoniorū, fluxisse videtur. In his enim civitatibus, ita agi solitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis ea quæ pro le-

gibus

gibus